UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Richardi Arsdekin Soc. Iesu S. Theol. Professoris Theologia Tripartita Sive Resolutiones Polemicæ, Speculativæ, Practicæ, Controversiarum, & Quæstionum, etiam recentißimarum, quæ in Schola, & ...

Missionarijs, & alijs animarum Curatoribus, & Theol. studiosis solerter accommodatæ ...

Complectens copiosè Resolutiones Theologicas, etiam modernas, ad praxim accommodatas

Archdekin, Richard

Antverpiæ, 1682

Facultas R. P. Provincialis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40873

Visual Library

FACULTAS R.P. PROVINCIALIS.

EGo infraſcriptus Præpoſitus Provincialis Provinciæ Flandro-Belgicæ Societatis Jeſu, ex poteſtate mihi facta à R. Patre noſtro Joanne Paulo Oliva ejuſdem Societatis Præpoſito Generali, concedo facultatem D. Michaeli Knobbartio Typographo Antverpienſi, imprimendi Librum cui titulus, Theologia Tripartita &c. compoſitum à *R.P. Richardo Arsdekin ejuſdem Societatis ſacræ Theologiæ Profeſſore*, & à Deputatis Societatis noſtræ Theologis examinatum, & approbatum. In quorum fidem has propriâ manu ſubſcriptas, & officii mei ſigillo munitas dedi Antverpiæ. 2. Octobris 1677.

Ignatius Diertins.

APPROBATIO CENSORIS.

LIber, cui Titulus eſt: *Theologiæ Tripartita &c. à R.P. Richardo Arsdekin* Societatis Jeſu ſacræ Theologiæ Profeſſore compoſitus, continet non ſolidè tantùm & orthodoxè, ſed admodum clarè & nervoſè per totum, illud cujus argumentum proponit non obſcurè in principio; ut proindè typis iteratis ad communem tam Miſſionariorum, quàm aliorum paſſim utilitatem meritò evulgetur. Ita, attenta lectione pręviâ, judico infraſcriptus Librorum Cenſor; nil dubius, quin Opus hoc, notabiliter jam auctum atque emendatum, futurum omnino ſit ex voto plurimorum. Author de cetero, quantâcunq; Scientiâ præditus, ſuam hic modeſtiam religioſam ſingulariter probat, pariter & integritatem: etenim ſollicita cum moderatione cohibet à ſcriptione acerba calamum, charitati non minùs quàm veritati conſecratum. Faxit omnipotens & miſericors Deus, ut ille laboris fructus in ſtudioſo Lectore, quos ſperavit, reportet abundanter: deſiderio huic innixus, dabam præſentem perlubenter cenſuram, Antverpiæ 5. Octobris, 1682.

Antonius Hoefſtach Eccleſiæ Cathedralis. Canonicus Graduatus.

Summa Privilegii extat ſupra in Tomo primo.